Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Multiplex eius erga ingratum charitas. 158

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Visual Library

rioq́ue furtim elapſus, Rhoto-
magi grauiter laborare, capitiſ-
que diſcrimen morbo carnifice,
adire cæperat. Deſertus, ad pa-
trem, cuius inuictum animum
pernoſſet, literas remittit; rogat,
ad ſe properè inuiſat. IGNATIVS,
vt ſi ab amiciſſimo inuitaretur,
repentè ſe itineri accingere, Rho-
tomagum properare: Nulla ne-
que cibi micâ, neque potus guttâ
refectus, totum triduum hilari-
ter currere, & milliaria octo ac
viginti, nudis pedibus, inter pre-
ces, pro prædonis ſui incolumita-
te contendere. 158 Alium quo-
q́ue familiarem haud modico be-
neficio ſibi Lutetiæ deuinxerat;
qui deinde malè reddita gratia,
iræ impotens, IGNATIVM occide-
re moliebatur. Ei facinori patran-
do attentus, iamque per ſcalas
irrumpens; dum terrifica voce,
quorſum infelix rueret, appella-

tur; plenus formidinis à nefariâ cæde ſe abſtinet; atque ad pedes abiectus, & conſilij ſui rationes exponere ingreſſus, benignè ab IGNATIO amiceque accipitur. Verùm ea fuit inſuper ingrati animi peſtis, quam crederes in præſens ideo repreſſam, vt ſæpius cum illa IGNATII virtus dimicaret. Nam in ea tempeſtate, quàm ante ſtabilita Societatis decreta coortam ſcripſimus, hic ipſe haud leue ad inuidiam noſtram momentum attulit; calumnijs & commentis aduerſus IGNATIVM graſſando. Quanquam idem poſtea quæſtionibus habitis, Calumniator compertus, atque à iudice multatus eſt. Sed retinuit tantam, ſiue ille de Ignatio, opinionem, vt ſperaret; ſiue IGNATIVS, charitatem, vt rogatus ab hoſtib. eũ inter ſocios demũ ſuos cooptaret. Vbi malus hominis

animus rurſum erupit, atq; à So-
cietate miſſionem accepit. Hæc
amoris exempla ad exteros perti-
nuêre. Suos multo etiam maiori-
bus vinculis complexus eſt. 159
Documentum fuit primorũ So-
ciorum vnus : qui Pariſijs alle-
ctus, graui mentis æſtu agitaba-
tur, vt proximè ſuam perniciem
abeſſet. Re cognita, IGNATIVS
triduum totum impranſus & in-
cenatus, quin etiam impotus,
flere, Deoq; continenter perſti-
tit ſupplicare; donec eum peri-
culo exemtum, quieti reſtituit.
160 Et alio item tẽpore animad-
uertens ſocium immodica liber-
tate ſuetum, ſibique parum eſſe
morigerum : vehementi dolore
diſcruciabatur : ſecum reputan-
do, damnum, quo Socius per-
ſum ibat. Iniit verò hanc ſui vl-
ciſcendi rationem, vt prece atq;
vbere fletu DEVM illi placare ni-